sicut optime operabatur egrotantem et egrotudinis et occasionem egrotandi. Egritudinis causam. Egrotus igitur homo est. Morbus autem originalis culpa est. Origo vero illius culpe licet prima fuit ex consilio hominis, occasionem tamen sumpsit ex sensibilibus carnis. Quod autem ergo per medicinam reddere morbo oportuit, quod non tantum esset spiritualis, verum etiam haberet aliquid de sensibilibus signis, ut sicut sensibilia fuerunt ante occasio labendi, ita essent ei occasio resurgendi. Ipsa medicina nostri vulneris consistit in ecclesiasticis sacramentis. **Diffinitiones**

Sacramentum est, ut ait Augustinus, **sacre rei** invisibilis gratie visibilis forma. Quod sic diffinitio generalis est et convenit sacramentis tam nove quam veteris legis, quia tam illa quam ista est ex similitudine representativa et ex institutione significativa. Quod autem quidam dicunt convenit sacramentis nove legis sic supplenda est, et ut ex similitudine gerat et causam contrahat. Quia non solum ex similitudine representant et ex institutione significant, sed etiam ex virtute divina sanctificant et gratiam conferunt. Propterea causam etiam ab institutionibus mutationum. Et hoc est quod Augustinus insinuat in alia diffinitione dicens: Sacramentum id est illud in quo sub tegumento rerum visibilium divina virtus salutem secretius operatur. Quod sic etiam diffinitio Hugonis de sancto Victore: Sacramentum est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum, ex institutione significans, ex similitudine representans, ex sanctificatione aliquam invisibilem gratiam conferens. Tria tanguntur hic que sunt de ratione sacramenti scilicet et prius acceptum. Quod primum est naturalis similitudo ex qua habet aptitudinem significandi. Quod secundum actualis institutio ex qua habet ordinationem determinatam ad hunc significatum. Quod tertium est spiritualis sanctificatio ex qua habet virtutem efficiendi illud significatum. Quod est dictum autem quod sacramentum est sacre rei signum, illud autem non est diffinitio sed potius ethymologia sacramenti. **De institutione**

Sacramenta legis gratie **sacramentorum** sunt instituta tanquam nove legis latore in quo vocavit ad primam dedit precepta instituit sacramenta. Quod sicut est liberi patris cum sit summe veritatis summe utilis et summe bonitatis, ratione bonitatis promisit premia beatificantia, ratione veritatis dedit precepta dirigentia, ratione virtutis instituit sacramenta adiuvantia, ut sic per sacramenta repertus virtus ad implenda precepta et sic per precepta per-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_343/0224
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG